Fragmentarium

in medio cordis mei. Annunciaui iuſticiam tuam in eccleſia
magna. ecce labia mea non prohibebo domine tu ſciſti. Iuſtici
am tuam non abſcondi in corde meo ueritatem tuam et ſalutare
tuum dixi. Non abſcondi miſericordiam tuam et ueritatem tuam a concilio
multo. Tu autem domine ne longe facias miſerationes tuas
a me. miſericordia tua et ueritas tua ſemper ſuſceperunt me. Quo
niam circumdederunt me mala quorum non eſt numerus. comprehen
derunt me iniquitates mee. et non potui ut uiderem. Mul
tiplicate ſunt ſuper capillos capitis mei. et cor meum dereli
quit me. Complaceat tibi domine ut eruas me. domine ad
adiuuandum me reſpice. Confundantur et reuereantur ſimul
qui querunt animam meam ut auferant eam. Conuertantur
retrorſum et reuereantur. qui uolunt michi mala. Ferant
confeſtim confuſionem ſuam. qui dicunt michi euge euge. Ex
ultent et letentur ſuper te omnes querentes te. et dicant ſemper mag
nificetur dominus. qui diligunt ſalutare tuum. Ego autem mendi
cus ſum et pauper. dominus ſollicitus eſt mei. Adiutor meus et protector
meus. tu es deus meus ne tardaueris. Pſalmus dauid.

(margin: ut non delinquam in lingua mea)

Beatus qui intelligit ſuper egenum et pauperem. in die ma
la liberabit eum dominus. Dominus conſeruet eum et uiuificet eum
et beatum faciat eum in terra. et non tradat eum in animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius. uniuerſum ſtratum
eius uerſaſti in infirmitate eius. Ego dixi domine miſerere mei. ſana
animam meam quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt ma
la michi. quando morietur et peribit nomen eius. Et ſi ingre
diebatur ut uideret uana loquebatur in idipſum. Aduerſum me
ſuſurrabant omnes inimici mei. aduerſum me cogitabant mala
michi. Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me. numquid qui dormit non adiciat
ut reſurgat. Etenim homo pacis mee in quo ſperaui. qui ede
bat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem.
Tu autem domine miſerere mei. et reſuſcita me et retribuam eis.
In hoc cognoui quoniam uoluiſti me. quoniam non gaudebit inimicus
meus ſuper me. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti. et
confirmaſti me in conſpectu tuo in eternum. Benedictus
dominus deus iſrael. a ſeculo et in ſeculum fiat fiat. Pſalmus dauid.
Quemad[...] deſiderat ceruus ad fontes aquarum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG
Fragm. Lat. 128

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 128, 2v – Psalterium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-e11g/231/2998)